pter Monstram ipsam Portam resarcire no-
luerunt, quo quidem facto ad Arcem luctan-
do inermis aggressus, et ad Spectaculum
Hungari

44
Hungari in Equis, Graeci ad Muri Propugna-
cula convenerunt, cumque Graecus exisset de
Urbe iturus ad Arcem, vidit Botond solum
stantem paratum ad luctandum, exclamavit
quaeve alium Hungarum non adjungeret sibi
in Auxilium: Tunc Botond aggresso Gysso sic
eum comprehendisse perhibet, ut praeterit
parva Hora in luctando, quod Graecus pro-
stratur non valens resurgere ullò modo: quo
visò Graecorum Imperator, et alii Graecorum
Proceres, Imperatrix etiam cum suis Dispo-
sitis de Muro egredientes ad sua Palatia per-
reperunt, pro Summa Verecundia, quod ac-
ciderat, reputantes, et licet Graecus sic alius
superviveret eum fracto Brachio, Occasio ta-
men sibi fuit ipsa Lucta Mortis suae. Obten-
to itaque Hungari Certaminis Bravio, pro
Censu postulando ad Graecos Nuntios desti-
nant, quibus Imperator subridendo nullum
Verbum dicit, respondisse: Tunc Hungaricum
Tocum eorum Duce Consilio inito egressi de
Loco illo, totam Graeciam, et Bulgariam spoli-
antes, ex ipsis Aurum, Gemmas, Lapides pre-
tiosas

tiosas, Captivos sine Numero, et Armenta
infinita rapiunt, redeunt tandem cum
Pauis in Pannoniam. Istud etenim exi-
sit ultimum Spolium, quod fecere Hunga-
ri sub Reu Paganismo constituti. Commu-
nitas itaque Hungarorum cum suis Capi-
taneis, seu Ducibus, quos pro Tempore pra-
ficere usa erat, usque Tempora Ducis -
Seicha hinc inde hunc Mundo Spolia, et
Pericula dimoscitur inuasisse. Anno vero
Dni Incarnationis Nongentesimo Sexa-
gesimo Septimo. Seicha Dux diuino pre-
monitus Oraculo genuit Sanctum Regem
Stephanum, Mihal vero Frater Seicha ge-
nuit Watal, et Zar Ladislaum. At Rex
Stephanus plures quidem Filios genuit, sed
super omnes unum genuit Emricum nomine
DEO, et Hominiibus Honorabilem; Sanctus
namque Rex Stephanus coronatus, et tan-
dem Duce Cyprian interfecto, Iula Trun-
culo suo cum Uxore, et duobus Filiis de
Septem Castris in Hungariam adducto, &
adjuncto

28
adjuncto Septem Castra Pannonia: Post haec
cum Reu Bulgarorum Duce, et Sclavoru
preliatus est, quo devicto, de ipsius Beoan-
ro Beate Virginis Ecclesiam de Alba dica-
re non omisit, quam fundasse perhibetur.
Postquam autem magnificavit Dnus Misericord
suam cum Beato Rege Stephano, subiecitq;
Ejus Dominio multarum Gentium Nationes,
statuit Compis hujus saeculi depositio Regni
Diademate renunciare, Dique Solius Lex-
vitis exterioribus Curis expeditus dedi-
tus esse. Coronam vero Regni Emrico
Duci suo Filio se daturum disposuit; E-
rat enim Beatus Rex Stephanus literan-
tus, Naturali quoque Ingenio celsis eru-
ditus, similiter et Emricus: Cum itaque
Scitissimus Pater Curam Ministracionis
gubernandi Filio Scitissimo committere
intenderet, Dux Ipse Morte est preventus.
Flevit ergo cum Pater ejus insolabiliter,
totaque Hungaria, & pra nimio Doloce,
ai Tristitia incurrit Aegritudinem, pe-
dum enim dolore urgebat: Nam maxi-
me

mè ea propter, ut de suo Sanguine dignus
nullus esset Regni Coronâ sublimari,
et qui ipso Mortuo Gentem tam Novellâ
in Fide Catholica posset conservare: Intereâ
verò Viribus Corporis capis repente
destitui, et gravatum Langore se sentiens
misit Nuncios festinantèr, qui Warul Fi-
lium sui Patruelis de Carcere Nitricæ edu-
ceret, quem Ipse post eum Regem faceret
super Hungaros: quò Audito Kÿsta Regi-
na, habitò Consiliò Infidelium misit Co-
mitem Sebus, qui Regis Nuncium preve-
niens Warul Oculos effoderet, Auresq; ejus
Plumbi Infusione obscuraret, fugeretq; e-
abindè in Doemiam, quem cum tandem
Regis Nuncios ad Regem adduxisset, a-
marè flevit super Casu, qui acciderat: Con-
vocatis igit; ad se Andrea, Delâ, et Luentâ
Filiis Zarladislai, consuluit eis, ut in Doe-
miam fugerent festinantèr. Sanctus au-
tem Rex Stephanus XLVI. Anno sui Re-
gni, in Die Assumptionis Beatae Virginis
migravit

29
migravit ad Dñum, sepultus est Alba
in Ecclesia Beatae Virginis Floriosa: Con-
festim igit; Hungaror; litara in Luctum est
conversa, et omnis Populus Regni plan-
xit tam Scissimum Regem Ululatû ma-
gnò, Juvenes eorum, ac Virgines, scaldidò
induti Vestibus per Triennium Choreas
non duxerunt: Regina verò Kÿsla Consi-
liò Iniquorum Petrum Venetum Filium
Sororis suae, cuius Pater Dux fuerat Vene-
torum, Regem fecit super Hungaros, ut
prohiberi posset motus suae Voluntatis
perficere, Regnumq; Hungariae amissâ
libertate Teutonicis subderet: Postquam
autem Petrus regnare incepisset, omnem
Mansuetudinem Regiæ abiecit Majestatis
et Furoris Teutonicò decariens Regni Nobi-
les contemnebat cum Alamannis, et Lati-
nis, Dona Terra superbo Oculò, et insatia-
bili Corde devorando: Munitiones autem,
Castra, et omnes Regni Dignitates ab Hun-
garis auferens tradebat Teutonicis, et La-
tinis



timis. Erat quoque Idem Lascivus ultra Modum,
cujus Satellites Turpitudinem intemperata
Libidinis operantes, Uxoribus, Filiisque Hunga-
rorum, ubicunque Petrus Rex ambulabat, vio-
lenter opprimebant, nullus etiam eo tempore
de Uxoribus, Filiisque castitate certus erat pro-
pter Insultus Aulicorum Petri Regis. Viden-
tes igitur Principes, et Nobiles Regni Mala Gen-
tis suae, quae fiebant contra Legem, commu-
nicato Consilio rogaverunt Regem, ut suis
injungeret à tam detestabili Opere desiste-
re sine Mora: Rex vero Nationis Faustum
inflatus, ac Furoris Malitiam, quam in Cor-
de gerebat occultando, cum toto Veneno effu-
dit in Publicum ita dicens: Si aliquamdiu
sanus ero, omnes Iudices, Spectabiles, Cen-
suriones, Principes, et Potestates Statuam
Teutonicos, et Latinos, Terramque Hun-
garie Regni Hospitibus adimplens in Do-
minium tradam Teutonicis. Hoc itaque
fuit Discordiae Seminarium inter Petrum
Regem, ac Hungaros. Anno ergo Regni
Petri

Petri Tertio. Principes, et Nobiles Regni
Hungariae Episcoporum Consilio in unum
convenerunt contra Petrum querentes soli-
cite, si aliquem de Regali Genere possent
reperire, qui esset idoneus Regnum guber-
nare, eosque à Petri Tyrannide potenter
liberare, cumque in Regno talem invenire
potuissent nullo modo, ex semetipsis quen-
dam Comitem nomine Aba Sororium Petri
Regis Stephani super se Regem praefecerunt.
Aba vero Rex congregato Exercitu Hun-
garorum processit contra Petrum pugna-
turus; Cernens autem Petrus Hungarorum
Adjutorio se privatum, fugit ad Henri-
cum Caesarem in Bavariam petiturus Au-
xilium sibi dari. Petro itaque de Regno
effugato illi Tyranni, quorum Consilio
afflicti erant Hungari, sunt detenti, ex
quibus unum in Frustra conciderunt, O-
culos duorum Filiorum ejusdem exuentes,
alios vero in Manganidis ferreis confre-
gerunt, quosdam Lapidibus obruentes:
Sebus

Sebus verò, qui Wazul Oculos eruerat, Be-
dibus confractis, à Manibus in Rota per-
emerunt. Abba verò Regem consecratò ea
que Petrus Statuerat, in irrisum revocans,
Hungarorum Scita jussit observare. Ter-
tiò autem Annò Abbe Regis descendit Pe-
trus Rex cum Henrico Cesare ducens ma-
ximum Exercitum contra Abam, quod Abba
dum scivisset, Nuncios mittens ad Cesarem,
probari si cum eo Pacem posset ordinare,
vel minimè. Cui Cesar in respondendò
se ostendit Inimicum, intellectoque ùt inten-
deret restituere Petrum Hungaris, iratus
invasit Austriam, et usque in Fluvium Trem-
se spoliavit, et post hæc est reversus. Tan-
dem quoque missò Exercitum in Carinthiam
pro Spolio faciendò, cum indè redirent One-
rosi, Gottfridus Austriæ Marchio circa
Petoviam Insultum faciens super eos, eorundem
Spolia fertur abstulisse. Tunc enim Au-
stria non Duces, sed habebat Marchiones,
cumque eò tempore Colonia degeret Imper-

rator

rator, auditò, quòd Hungari lacerassent
Teutonicos sine Causa, cum Principibus
Alamannia Consilium inuit, qualiter ab
Hungaris illatam sibi Injuriam Injuriam si-
mili propulsaret. Movit itaque Expediti-
onem ingentem, et Consilio Ducis Ratislai
Boemorum ex Aquilonali parte Danubii
venit ad Hungaria Confinia: Legati verò
Abbe Regis, et Hungarorum promittebant
Cesari, ut in omnibus satisfacerent, nisi quia
Petrum in Regem non susciperent, quòd Ce-
sar summo opere perficere affectabat. Obliga-
tus enim erat ei Juramentò, ut ipsum in
Regnum Hungaria iteratò collocaret, cum
autem Hungari Petrum non admitterent,
missis Muneribus, dataque Fide, quòd Capti-
vos Teutonicorum liberè permitterent re-
meare, Cesar Consilio inductus Ducis Lo-
teringia, et plus allectus Muneribus, re-
diit Pirantiam Burgundia civitatem; Ex-
hinc ergò Rex Abba Securitate accepta
cepit esse insolens, et Seviebat superbe

in

in Hungaros, Nobiles contemnens, sed et
Iurjurandum pro Nihilo reputabat violare.
Hungari vero nolentes id ei sustinere, con-
spiraverunt, ut eum Morti traderent, et occi-
derent: Sed quidam prodidit Consilium, ex
quibus, quos capere potuit, sine Iudicii Cra-
mine interfecit, quod ei exitit in summum
maximè Detrimentum: Nam Viros Quin-
quaginta consiliandi causâ in unam Do-
minum evocavit, quibus in eadem inclusis,
Crimen non confessos, nec convictos legibus
Caput fecit detrunari; unde Deatus Leu-
vardus Chenadien Episcopus lanonicâ Severi-
tate Regem corrigiens prædixit sibi Peri-
culum imminere: Tunc quidam ex Hun-
garis fugientes ad Casarem locuti sunt con-
tra Abam dicentes, quod pro Nihilo Iura-
mentum reputaret violare, Nobilesq; qui
eum Regem fecerant, contemnebat, quibus
dixit Imperator, oportet ergo, ut Captivos
reddat Damna emendando, Caesar igitur
Hungar

Hungarorum animatus Consilio, cum Exer-
citu Norico, et Doemico Austriam introivit
dissimulans se in Hungariam intraturum,
sed simulans cum Aba concordare: Tunc
Nuncii Aba Regis repetebant incessanter
à Casare Hungaros, qui ad Casarem fuge-
rant, conquerebant, ac dicentes Prædones, &
Latrones ipsos esse, Inerregue inter Ca-
sarem, ac Hungaros præcipuos Intentores;
ideoque huiusmodi Iniquitatis Artifices
in Manus Aba Regis tradi oportere, quod
facturum se Casar promisit ullò modo: con-
citato igitur cursu invasit Fines Hungariae
intrans per Supromium, et cum vellet in
Dobut pertransire non poterat propter A-
quas: Hungari ergo, qui erant cum Casar-
e, et Petro Rege, duxerunt Casaris Exerci-
tum sursum iuxta Flumen Rebeche, et
utraq; Flumina totâ Nocte Equitando
ortu Sole facili Vadu transierunt; occur-
rit autem ei Rex Aba in Menfeu cum Mul-
titudine Armatorum nimis presumens
de

de Victoria, quare Davari quidam nuncia,
verant ei Casarem cum Panic introisse,
Ei ut dicit, Aba Rex Victoriam habuisset,
nisi quia Hungari quidam Amicitiam Pe-
tro reservantes, super Terram sua Vexilla
projecissent, et fugissent: Commissio igitur
Prælio diu, et acriter; Tandem Casar divi-
nus: Abaverò Rex fugit versus Tizam,
et in Villa quadam in Scrobe veteri ab
Hungaris, quibus regnans proceverat, jugu-
latur, et juxta quandam Ecclesiam sepe-
latur; Post aliquot autem Annos cum esset
effossum Corpus ejus de Sepulchro, Juda-
rum, ac ipsius Vestimenta invenerunt
incorrupta, et Loca Vulnorum resanata,
sepelieruntque tandem Corpus ejus in pro-
prio Monasterio: Et Sæptuaginta etenim
in illo Prælio sine Numero ceciderunt, un-
de idem Locus, ubi Prælium est commissum
eorum Lingua usque hodie Florum Pajur
est

33
est vocatus, et Wearmemur nostrâ Lingvâ.
Casar verò obrentâ Victoriâ descendit Al-
bam Civitatem, ubi Petro restituit Regnum;
Et sic tandem est reversus Ratisponam.
Rege ergo Petro, et Hungaris, qui cum
in Regnum redierant, Vires, et Potentiâ
resumentibus ceperunt esse insolentes,
quâ de Causa omnes Hungari sollicitè in-
tendebant, qualiter Ammotò Petro Filios
Zarladiislai reducere potuissent, dum
autem ista ita fierent, Andreas, Dela, &
Luenta de Doemia in Poloniam transeun-
tes à Misca, Polonorum Duce Amicabili-
ter recepti, ubi Dela Pomorania Ducem
Duello devinens, Filia Miska sibi datur
in Uxorem, quod Andreas, et Luenta e-
greferentes, nè ipsius Nomine viverent
in Polonia, in Rutheniam transierunt. Et
dum ibi à Duce Sodomexia propter Petrum
Regem suscepti non fuissent, ad Terram
vadunt deinde Comanorum, qui cum eos
perimere cogitarent, credentes ipsos Explo-
ratores

ratores Regni sui; Tandem rex Captivum
Hungarum recogniti optimè deinceps per-
tractant; Interea verò Petrus Rex Hungaros
priori gravamine cepit molestare: Tunc in
Chenad omnes in Unum convenerunt, Consi-
lioque habitò communiter pro Filiis Larla-
distai transmittunt, ut ad Regnum roma-
rent, qui cum in Pest advenissent abscon-
sisti poterant, statim in Curia Petri Regis
unà Nocte in Equis velocibus per Nuncios triu-
Fratum proclamant, quod omnes Teutonici,
et Latini ubicunque inventi, perimant, et
resumat, ritus Paganismus. Manè ergò
facto sciscitatus Petrus Facti causam pro-
certo recognovit Ipsos esse in Hungaria,
et licet immensò Dolore tactus esset, se la-
tum demonstrabat: tunc clam mittens suos
Nuncios, ut Albam occuparent, revelatò
Consilio Hungari per omnia loca incipi-
unt rebellare, occidentes unò Tempore Teu-
tonicos, et Latinos, Mulieribus quoque Infan-
tibus, et Sacerdotibus, qui per Petrum fue-
rant prepositi Plebani, et Abbates non par-
centes

centes, et cum in Albam nequisset introire,
arrestà Fugā ivit versus Musum, ubi Exercitus
venisse contra eum pertibet, indeq̄ decli-
nans equitavit festinantèr versus Albam: Li-
ves etenim demandaverant, quod rediret, et
Civitatem sibi darent; cum verò in quandam
Villam circà Albam pervenisset, subito Exer-
citus ipsum circumdedit, ubi Captivatus O-
culi eruant, licetque superviveret, in Mero-
re Anni finiens vitam suam, Quinq̄ Ecclē-
sias subtercatur, quam fundasse pertibet:
tunc tres Fratres Albensem ingressi civita-
tem, ab omnibus Episcopis, Nobilibus, omniq̄ Po-
pulo cum summa laude sunt suscepti, et
Andreas Avò potior in Regni Solum subli-
mat, quidam autem istos Fratres ex Duce
Wazul progenitos asseverant ex quadam Vir-
gine de Genere Tatun, non de vero Thoro ori-
undos, et pro tali Missitalia illos de Tatun
Nobilitatem invenisse, firivolum pro certo
est, et pessimè enarratum, absque hoc namq̄
Nobiles sunt, et de Sciria oriundi, quia isti
sunt Filii Larladistai; Gerardus ergò Episcopus
de

de Chamad in istis casibus in Pest per Hun-
garos de Monte submissus in Diga
coronatus, qui Monachus prius fuerat de Rosa,
censi Abbatia, qua est de Territorio Aquin-
legiae, deinde Barrooniam ingressus in Deel
fuit diuinus Eremita: cum igitur Andreas Dia-
dema Regni suscepisset cum Floricio Poemis,
et Colonis Guerram dicit tenuisse, quos supe-
rans debellando tribus Annis fecisse dicitur
Censuales, propter quod Henricus Imperator
descendens usque Bodoct V. Mensibus Albam
obsedit Civitatem, ubi tandem sic Viribus, et
Potentia dicitur defecisse, ut ipsius Tentorii,
et Latini in suis Tentoriis Noctis Tempore
se vivos sepelirent, nam Hungari in obscuris
in eorum castra descendentes eos crudeliter Sa-
gittis enecabant; Tandem vero Caesar ille du-
ctus penuriam a Rege Andrea, et Hungaris
Veniam cepit postulare, quod omnia Onera
dimitteret in Hungaria praeter Equos, face-
retque Insjurandum, ut deinceps nec ipse,
nec ipsius Successores contra Regnum Hun-
gariae Hostili Manu in Hungariam intro-
irent

35
irent, nec etiam de Bodoct moveret interea
suos pedes, donec Sophiam suam Filiam Sa-
lomonis Regi de Alamannia ductam trade-
ret in Uxorem, quam primitus Filio Regis
Francia cum maximo dederat Sacramento;
Aet vero habitis Conciliis misericorditer ei-
dem dicitur indulgisse, qui Amoto suo Castris
primum descensum in Monte Darsumus
fecisse comprobatur, quia vero Fame, ac siti
defecerant in eodem loco, ex parte Regis Ho-
tus, et Cibus in maxima Copia fuit mini-
stratus, indeque crapulati quam plurimi,
cum Caesaris Vigiles in castris Obsutibus -
Hungaros vidissent, hinc inde equitantes,
in factis Fraudem interesse crediderunt,
quod Exercitui declarantes dixerunt, ut ad
persequendum eos advenisset, et quamvis
plures in Feretris habentes purpurea lecti-
sternia Agritudine fatigati ducerent, di-
missis Feretris, et lectis purpureis Equos
ascenderunt, orto Sole Villam Ursi con-
iungentes, et cum Castellanus, qui in Porta
erat,

erat, cognovisset, quod Sens Armata per aspe-
ras, et inmeabiles Indagines dimissâ viâ
Regiâ pertransiret, cum suis se Armavit,
dumq; transeuntem Turmam à longè aspi-
ciens tueret, egroti, qui dimissis Feretris, &
Lectisermis in Monte Darsunus in Equis
equitaverant, allocatis Curribus per Inda-
gines transiebant, quorum Scutiferi, ut retrò
viderunt Aciem Castellani, derelictis Curri-
bus, et Dn̄is ^{seorsum} Currens, sicut melius potue-
runt, abfugerunt: tunc Rustici venientes
Currens auferendo Dn̄os in Curru occiderunt,
Cadavera in Aquas abiacantes, in quibus
quidem Agrotis quidam Milites, aliqui Co-
mites nonnulli fuere Marchiones, unde usq;
hodie in Transitu ipso Equorum Ferramen-
ta, Gladii, et plura his Similia Aquis exsic-
catis solent inveniri: Mons verò Darsunus
propter Lectisermia sic relicta, que fuere
purpurea, de Ferriculis extitis nominatus.
Post Mortem itaque Scti Regis Stephani trans-
acti sunt Anni Undecim, Menses Quatuor,
usq;

36
usq; ad Annum primum Imperii Andree
Regis: Interea verò Petrus Rex primo, et Se-
cundo regnavit Annis V. et dimidiò: Abave-
rò regnavit Annis tribus: Andreas autem
confectus Senio Annò Imperii sui duodecimò
Filium suum Salomonem adhuc Puerulum
cum Consensu Fratris sui Bele, et Filiorum
ejusdem scilicet Geiche, et Ladislai Regem
constituit, ipse autem obiit Annò Regni sui
Decimò Quintò, et in Tihon Monasterio pro-
prio cum David suo Filio sepelitz; post hunc
regnavit Denijn Bela: quò regnante Hunga-
ri Fidem derelinquunt, et Daptismum An-
no in Fide oberrantes, ut nec Lagan, nec
Catholici viderent, postea tamen motu pro-
prio Fidei adheserunt. Isse enim omnia
Fora die Sabbati esse voluit pro venden-
do, ac emendo, Dixanciosque currere se-
cui per Districtum Regni sui, qui Denarius
argenteis multum per Jus scilicet XL.
Cambii debuit, unde usque hodie Denarii
XL. Pro Aurum appellantz, non quod sint
Aurei

auri, sed quia Denarij XL. argentei valebant
Bizantium unum; Regnavit autem duobus An-
nis, et in Tertio migravit ex hoc Saeculo, in suo
Monasterio dicto Scengard sepelitur: Hic enim
calvus erat, et colore brunus, propter quod suum
Monasterium diminutive sicuti erat Ipse locus,
pore dispositus sic vocari iussit; Tandem vero
inter Salomonem, Ladislavum, et Reicham gra-
vis Discordia suscitatur, Alumnus Patria inter
se dividuntur, quidam enim Salomoni, aliqui
Ladislavo, et Reichae adhererunt: Rex autem
Salomon Caesarem suum Socerum contra La-
dislavum, et Reicham per Nitriam cum Cae-
saris maximo introducit, qui Viciam perve-
niens Ladislavi Exercitum speculato finxit se
infirmum, per Posonium in Austriam est
reversus. Dimisso de Boemis, et Moricis suf-
ficiens Auxilio Salomoni: Tunc Caesare
retrogresso Praelium in Munerod inter i-
psos est commissum. Et quid ultra. Sala-
mon devincitur, prostrantur Teutonici, et Boe-
mi; Et dum se, suosque devictos cognovisset,
Fugam

37
Fugam inivit, Danubium in Scigetseu pertrans-
iens, inde tandem Musunium se collegit. In
Praelio autem Munerodino non solum Teuto-
nici, aut Boemi ceciderunt, sed etiam major
Part de Militia Regni perit; Salamon ergo
metuens Fratres suos, cum tota Familia in
Styriam introivit, ubi in Agmund Monaste-
rio Familia sua derelicta, in Musunium est
reversus, volens colligere Exercitum iterato,
sed cum de die in diem deficeret, illorumque Pro-
cessus reciperet felicia Incrementa, confusus
rediit ad Caesarem Adjutorium petiturus, et
licet pro Militia solidanda affluentem Pecu-
niam tradidisset, Teutonici ob Timorem Hun-
garorum recipere noluerunt, unde Ipse omni
deserturus rediit in Agmund ad Reginam, ad
qua dies aliquos cohabitans, in Veste Mona-
chali de inde Albam venit, et cum Ladislavo
Fratre ejus in Portu Ecclesiae Beatae Virgi-
nis manibus propriis Pauperibus Elemosi-
nam erogaret, Ipse ibi inter eos dicitur acce-
pisse, quem mox cognovit Ladislavus ut in-
perit.



spexit. Reversus autem Ladislaus à Distribu-
tione Elemosinae, inquiri fecit diligentèr, non
quod ei nocuisset, sed ille malum presum-
mens ab eodem, secessit inde versus Mare A-
driaticum, ubi in civitate vocata Pola usq[ue]
Mortem in Summa Gaugertate in Penuria
finiens vitam suam, in qua et jacet tumu-
latus, nunquam rediens ad uxorem usq[ue]
Mortem. Regina verò Sophia Uxor ejus in
maxima Castitate perseverans Nunciis fre-
quentibus Maritum visitabat, mittens ei
Epensam, ut habere poterat, invitando ni-
hilominus, quod eam videre dignaret[ur] usq[ue]
Mortem. Qui quamvis in corde habuisset,
ob nimiam Egestatem tactus Verecundiã ire
recusavit, quem cum de medio sublatum
cognovisset, licet multi Principes de Germa-
nia sibi copulari Matrimonialitèr voluis-
sent, spreto omnibus, quae habebat saecula-
ria faciens venundari egenis est largita,
ipsa verò Mortalis effecta arctissimam Vi-
tam deducendo migravit ad Dn[um], et in
praefato

38
praefato Monasterio tumultata sicut Sancta ve-
nerat. Post Salomonem verò autem Regnavit
Geicha Annis tribus, et mortuus est, Naicce, quã
fundasse dicit, tumulatur. Post Geicham verò
regnavit Ladislaus XXX. Annis, et tribus Men-
sibus, in Warod requiescit. Istius igit[ur] tempo-
ribus in VII. Castris in Morie, qui Kijrioleis
dicit. Bessi Hungaris infestissimi spoliata
Hungariã fugientes conjungunt, et per eun-
dem Ladislaum Regem, à Hungaros talitèr
superant, ut nec unus ex ipsis fert[ur] reman-
sisse, Ladislaõ autem migratõ regnavit post
eum Filius Geicha Regis Kalomannus An-
nis X et Octo, cujus Corpus jacet Alba. Hic
quidem Praesul erat, et exindè translatus
in Regem coronat[us]. Lunves enim Kalman
est vocatus, quam libros habebat, in quibus
ut Ep[iscopu]s legebat suas Horas. Iste quoq[ue] in
Regnum Dalmatic missõ Exercitũ occidi fe-
cit Regem Petrum, qui Hungaris in Mon-
tibus, qui Tord dicit, occurrens est devictus
in Montibus memoratis et occisus. Undè
idem

ijdem Montes usque hodie in Hungarico
Batur Gordia nominantur. Sedes enim hujus
Regis, et Solium in Teneu erat civitate. Hoc
ergo Facto, et Regno Dalmatia conquassato
Galeas, Naves, et Territas cum Venetis solidavit,
mittens cum eis Exercitum Hungarorum in A-
pulia, ubi Monopolim, et Drundusium Civita-
tes occuparunt, Civibus quibusdam Fidem Vene-
tis observantibus, cumque easdem Civitates ad
tenendum Venetis reliquissent, concitatis Cur-
sibus Planum Apulia in quibusdam locis deva-
stantes tribus Mensibus in ea permansere;
Tandemque ad Naves redeuntes per Mare in
Dalmatiam revertuntur, Capitaneum Hungarum,
et Regis Hungaria Banerum ibidem cum Vene-
tis derelictis, quas quidem Civitates Guillel-
mus Junior Rex Sicilia per Auxilium Gisa-
norum cum magnis Sumptibus postmodum
vit rehabuit. Post Kalomannum vero regna-
vit Bela Annis IX. duobus Mensibus, Alba
tumulata. Post Belam autem regnavit Geicha
XX. Annis, tandem moritur, et Alba sepelitur.
Post hunc regnavit Stephanus Annis XI. Men-
sibus

39
sibus VIII. Quo quidem imperante Ladislaus
Dux sibi usurpat Regnum, et Coronam Anno
medio, Alba sepelitur. Post istum Stephanus Fra-
ter suus Coronam usurpat Mensibus V. et die-
bus V. Tandemque devincitur, in quo Prælio plu-
res Regni Nobiles occiduntur, idem vero de Re-
gno expulsus demum venit in Lemnu, ubi et
finivit vitam suam, Alba requiescit. Sed post
hunc regnavit Bela Græcus, quem Decha, et
Gregor apud Imperatorem Græcorum diutius
tenuerunt. Hic quidem Fures, et Latrones per-
secutus est, Petitionibusque loqui traxit Origi-
nem, ut Romana haberet Curia, et Imperium, Al-
ba jacet tumultuata. Post Belam vero regna-
vit Emiricus Filius ejus, sed post hunc re-
gnavit Andreas Rex potens, et illustris, iste
etiam Terram Sanctam visitavit, ubi per
omnes Principes Xanorum Capitaneus or-
dinatur, et Exercitum Soldani Pabilonia ad
Hungaris, et Taculis effugavit, et Honore
multiplici cum Gense sua per Assirios, et
alias Nationes prævenitur, indeque cum sum-
ma

ma Gloria revertit̃ in Hungariam. Post hunc
autem regnavit Bela Filius ejus, apud Fran-
ces minores Strigonii tumulatus. Istius qui-
dem in diebus Mong Livia Tartari de tribus
Partibus Regni in Hungariam adeunt cum
Quinquies Centenis Millibus Armatorum, ha-
bentes adhuc Centuriones, et Decuriones ad
Millia XL, quibus in Sojo Rex praefatus con-
traveniens à Mongis devincit̃, Anno Dni
Millesimo CC^o XLII^o, ubi fere tota Regni Mi-
liria est deleta, ipso Bela coram eis ad Mace-
fugiente, quò quidem de Mari revertente per
Ducem Fridericum de Austria Bellò impetit̃,
quem ante Civitatem Novam Hungari cum
Lancea in Maxilla transficum peremerunt:
postea regnavit Stephanus Rex Filius ejus,
qui Boemia Regem nomine Otacarum ante
Fluvium Lecha contra eum venientem cum
Boemis videlicet Australibus, Stiriensibus,
Brandburgensibus, et ceteris mixtis Gentibus
expulsi Virtuose. Iste etiam Civitatem Du-
dum suo Dominio subjugarit, Inimiq; Pul-
garorum

40
garorum eò vivente sibi compulsi obedire, mi-
grans tandem ex hoc Saeculo, et in Insula voca-
ta Beata Virginis in Canobio Monialium requi-
escit tumulatus. Post hunc regnat Ladislaus
Tertius Filius ejus, Hic enim Ouerulus in Re-
gni Solium Dno disponente coronat̃. Istius
ergò in Diebus Rex Otacarus Boemorum, qui de
Jure Imperij plura sibi usurpaverat de facto,
et iniuste, unde Vires resumperat, ac Poten-
tiam inauditam in Confiniis Hungaria la-
ceraverat in diversis Locis maximam Por-
tionem, pro qua ex ipso ejus Genitor non-
dum receperat dignam Vindicta Ulcionem,
eo quod preventus esset Morte imperat̃, sed
cum inter ipsa Alamannia Principes, Cu-
dolphum Comitem de Habusbure in Curia
Francofurtensi in Regem sibi praefecissent,
ut Imperij Jura, quae erant occupata, debe-
ret revocare, ipse tanquam Pseudocum
Imperialium Reintegrator in Austriam,
qua fuerat per Otacarum invasa, & posses-
Ja,

sa primitus introivit: Quō quidem Vienna
diutius residente, ac Jura sua de Doennis
requirente, Rex Doemicus contra eum tam im-
mensum commovit Exercitum, ac pervalidū,
quod propriis Viribus Alamannia Princeps
ei resistere dubitaret: Propter quod ergo Hun-
gari Regem magnificum, tanquam Filium
Serae Ecclesiae Catholicae sibi postulavit hu-
militer in Auxilium, perperuā Amicitia se.
ipsum ea propter eidem obligando: Adji-
ciens insuper, ut in eo quoque, Sca Ecclesiae Rom-
anae summum Servitium exhibere vide-
retur, Ipse vero Auxilio simili quancumque
à Rege Hungaria foret requisitus, deberet
subvenire: Quia vero Ladislaus Hunga-
riae Rex in corde, et Animo occultabat Ota-
cari Presumptionem temerariam contra
Patrem, et ipsum attentatam, eo quod tener
esset Viribus Corporis, et Aetate, Petitioni Prin-
cipis Alamanniae satisfacturum se dispo-
suit. Egressus igitur de Albensi civitate velut
Martis

Martis Filius, cujus quidem Constellatio
Conceptioni, Nativitatique ejus die in Audacia,
et caeteris Virtutibus Naturalibus submi-
nistrat, in Virtute Altissimi, et Proavorū suō
scilicet Stephani, Emirici, atque Ladislai Re-
gum, ac totō votivis presumens, confidensque
Suffragiis, erectō Danevio Regia Majestatis
Rudolphum in Marbree conjunxit cum Exer-
citu, qui ipsius Adventum, et Auxilium sicut
Dii, expectabat; sed quam Pens Rudolphi in
Motu gravis erat propter Arma graviora, mi-
nisque timorata ad resistendum, tam valida
Multitudini, ut Otacarus conducere ferebat,
pro eo contraire, et moveri dubitabat: hoc
autem Ladislao Rege Viso, et percepto, Ota-
caro ad Praehium properanti, ac parato cir-
ca Castrum Stilfrid prope Fluvium Morco-
wa adpropinquat, Doemicum Exercitum con-
vallando circumquaque, quorum quidem Equos,
et etiam semetipsum Sagittis Hungari, et Coma-
ni Regis sic infestant vulnerando, quod Milot
Militiae suae Princeps, in quo Copia Exercitus
praesertim

præsertim confidebat, sustinere non valens Hun-
garorum Imperium, ac Sagittas, cum suis Fugam
dedit, et post ipsum Poloni conductitii dissoluti
Exercitū fugerunt cum Boemis: Comanis vero
inter ista Prælia, Onera, et Armesia Boemorum
Regis, suique Exercitus sustollentibus dissipan-
do. In isto igitur Prælio Rex Otacarus dispersā
Mente, et confusā vagando in Exercitu captus
occidit: Filius vero ejus Dux Nicolaus in Hun-
gariam deducit, captivatus, cum aliis Captivis,
Baronibus, Comitibus, et Militibus sine Nume-
ro; Mortuorum autem Numerum in præfato
Prælio ponisset estimare sola divina Sapien-
tia. Rudolphus ergo Teutonia Rex, atque Ro-
manorum cum suis stabat inspicendo, qua
fiabant. Factā igitur hanc Victoriā Rex Germani-
cus Ladislaus Regi egit Grates, quod per eum
Austria, et Stiria sibi fuit restituta illi die,
et sic Ladislaus Rex Hungaria rediit cum
Victoria, Rege Alamannico in Austria reman-
ente: Hæc est enim Ladislai Regis Victoria
primitiva, quam divina Clementia ei tribuit

in

92
in Aetate Adolescentie constituto, in quo qui-
dem Exercitu ipso Die Comes Renoldus Fi-
lius Renoldi Danerium Regis tenuit Virili-
ter, et potenter, de Senere Dastech oriundus,
adstantes Dno Regi Fratres ejusdem An-
dreas, Salomon, Ladislaus, et alii Regni Hun-
garie Nobiles sicut Stella Cæli absq; Nume-
ro, ut igitur in Memoriam redeat Regis Ladi-
slai tam gloriosa, Triumphalisq; Victoria, in
Obprobrium, sempiternumq; Dedecus Poe-
morum, Polonorum, Moravianorumq; Scru-
ta, et Vexilla, in Albensi Ecclesia, Sede Regni,
ac Solio in Pariete suspensa in æternum
perseverant. Aliud quoq; miraculosum
Prælium Ladislaus Rex Adolescens habuit
cum Comanis, quod Prælio præcedenti com-
paratur. Igitur cum Comani per Regem De-
lam pice Memorie Avrum Regis in Hunga-
riam primo introducti, ut Arena postmodum
subcrevisissent, et ipsi Regi Bela ipsos disper-
gere in Animo pervenisset per Provincias,

et

et nunquam id facere praesumpsisset in Re-
gno emergere. Lesionem sperans per eosdem,
hoc ipsum dicit, Rex Stephanus Pater ejus bona
Memoriae de ipsis cogitasse, et propter laudem
lam memoratam retraxisse summum velle. Ladislaus
verò Rex illudis, Animosus, ac Magni-
volus Perfidiam contra eum cognoscens inter
eos fabricare, taliter processit contra ipsos bella-
turus, ut in Praelio ipso acriter debellari plurimi
interempti, quidam verò ex ipsis relictis Uxoribus,
Pueris, et Uenis omnibus ad Populos Barbaros
fugierunt. Nonnulli etiam qui sunt residui
Regis Praeceptis in tantum sunt subjecti, quod
Corde tremulo vix videre audent Vultum Regis.
In hoc ergo Praelio occiditur Oliverius Filius La-
ta per Comanos de Genere Aba. Andreas Fra-
ter Laurentii Filius Comitis Nicolai de Wig-
man. Ladislaus Filius Comitis Gonyth de
Miscouch, et Demetrius Filius parvi Michaeli-
lis de Genere Rusd perimuntur.

De Nobilibus Avenis.

43

um pura Hungaria plures tribus, vel
Progenies non habeat, quam Generationes
Centum, et Octo, videndum est, unde esse ha-
bent illozum Progenies, qui de Terra Latina,
vel de Almania, vel de aliis Regionibus de-
scenderunt. Dux namq; Pericha de Genere
Turul, cui praeceteris Hungaris Praeculum
profluisse de Supermis dicit, ut reciperet
Fidem Catholicam, et Baptismum, quare
Manus gestabas Sanguine humano macu-
lata, me eras idoneus ad Fidem conver-
tere tantam Penem, licet ipse, Dominusque
ejus per Scum Adalbertum Baptismi Gra-
tiam recepisset, tamen ei de Coelesti Throno
Verbum venit, quod a tali resideret Cogitatu,
quia haec omnia facienda Scro Stephano
ex ipso nascituro altissimi Clementia ordi-
narat. Unde hoc audito id quod ponit, et
debris

debut circa Conversationem sua Gentis se.
cundum Ordinationem Scti Adalberti Pragen.
sis Scilicet Episcopi facere non omisit. Misit itaq.
supos Nuncios in Xanam Regionem, summi desin.
dexum omnibus divulgando: Quia propter
hoc auditio, multi Comites, Milites, et Nobiles
ex Terris Xanorum ad eum accesserunt: Qui.
dam enim ex eis Amore Dei, ut ipsum Ducem
contra Paganos qui Fidem non acciperent, ad.
juvarent, et alios, quod de ipsis Paganis, et Per.
secutionibus ipsorum essent liberati. Nam gens
ipsa sub Paganismo constituta crudelis Persecu.
tio fuerat Xanis: tunc eo Tempore ad Ducem
Geicham venit Comes Tiboldus de Janberg qui
Trauu Tibold est vocatus, unde de eadem Bro.
genie Trauu quidam usq. hodie simpliciter no.
minant, ex isto illi de Bobocha orti derivant.
Isti etenim sunt Vanderchymant. Post haec
venit Huni, et Barmän duo Fratres Carnales
Milites coridati orti de Suevia. Hi enim Passa.
gium

44

gium per Hungariam cum suis Militibus fa.
cientes ultra Mare ire intendebant, qui de.
tenti per Ducem Geicham; tandem Sctus Re.
gem Stephanum in Flumine Toron Teuton.
co More Gladio militari accinxerunt, post.
modum intrat de Warubur Comes Wece.
nus hic Cupan Ducem in Sinigio interfecit,
istius Generatio de Saki dicti sunt: postea
Wolfer cum Hedrico Fratre suo introivit de
Vildonia cum XL Militibus Phaleratis, huic
datur Mons Kijscen pro descensu, in quo Ca.
strum fieri facit ligneum, tandem et Leno.
bium Monachorum, in quo post Mortem sepe.
litur, ex isto namq. Hedrici Origo esse habet,
post hunc introivit Got de Lebyn, qui nomine
alio Ernistus est vocatus, hic cum multis
Militibus adiit in Hungariam, de isto Comi.
tis Conradi de Altumburg Origo esse habet.
Sed postea tempore Petri Regis, Kead, et Gut
intrans tres Fratres ex gente Chevorum pro.
creati de Castello Stof sunt Nativi, post istos
Altman

Altman intrat de Fridbure Miles Corridatus
ex Patria Turingorum, de isto illi de Polugi ori-
untur, post haec intrant Oliverius, et Rasoldus tem-
pore Regis Kalomanni de Regno Apuloꝝ, de
Caserta ortum habent, illi verò de Sambuke
de Comitibus Campania ex Francia oriuntur.
Berse verò, et Gregorij similiter de Francia Gene-
ratio oritur, ex Cognatione Guillelmi dicitur Cor-
nes. Burad autem Generatio de Mesnoriginem
trahit, Nobiles de Districtu Wireburg. Hicman-
ni siquidem Generatio ex Nuremberg oritur,
satis sunt Nobiles cum Regina Hista intrave-
runt, sed illi, qui Rodsan, et Dagash nominantur,
eorum Generatio de Doemia ortum habet, simi-
liter et illorum, qui de Lodan sunt vocati. Co-
mitum verò Simonis, & Fratris ejus Michae-
lis Generatio, qui Mertinsdorfarij nominantur,
Diebus Regis Emirici Filii Bela Tertii cum Re-
gina Constantia Filia Regis Aragonie, quae illi
xor fuerat Regis Emirici, honestis secum Mi-
litibus, et Familia decantissima introductis
in

45
in Hungariam pomposissime introivit. Quia
cum eorum Generatio cum quodam Magna
Comite pro justis, et certis Causis continuè
dimicaret; Tandem contra ipsam Comitem
Exercitum congregans fertur dimicasse, ubi
praefatus Magnus Comes per Simonem Pa-
trem scilicet Comitis Simonis, et Comitis Mi-
chaëlis, ac Dextramum Patrualem ipsorum
captivatus jugulatur, Simon verò, et Bertra-
mus Inimicitiam proinde contrahentes, cum
Regina memorata primi adeunt in Pannonia,
quorum quidem Ingermitatem experiens Rex
Emiricus letantèr excepit, latisq; et amplis
Beneficiis in diversis Hungariae partibus no-
scitur investisse: Quia verò Generatio saepe-
dicta in Regno Hispania plura Castra possi-
det, unum tamen ex illis existit Capitale, quod
Dojos nominatur, unde praefati Comites, et eor-
um Praecessores primum Descensum circa Ner-
gedsceg Dojos vocaverunt. Generatio quoq;
eorundem in Scuto Aquilam ferre solet, quod
alii

alii Milites Comites in Hispania deferre non
presumunt, expropter quidem, quod exerci-
tum Soldani de Tunisia, qui Majoricam, et
Minoricam Insulas per Naves intrando, et Cas-
tes occupaverant, ceteris Militibus Regis Ara-
gonia deficientibus eorum Generatio fertur
expulisse, unde Regis, et Communitatis Mili-
tia Decreto est statutum, quod priori Signo, quod
fuerat totum rubrum, sine aliqua expressa Fi-
gura in Aquilam mutaretur. Adduxerat etiam
Regina Constantia cum ea Sororem Comitis
Simonis, et Dexterae nomine totam tam for-
mosam, et pulcherrimam, quod eo tempore vix
in Mundo sibi similis haberetur, cui quidem
Virgini in Maritum Benedictus Dux Conra-
di Filius cum Villa Mertindorf pro Dotibus
ex parte Emirici Regis, et Reginae Constantie
est conjunctus. Temporibus insuper Stephani
Regis Tertii intravit in Hungariam quidam
Miles Gotfridus nominatus de Mesnensi
Regione

46
Regione, à quo egreditur Generatio Gherardi Lan-
dislai, et Gregorij Filiorum Hielad. Hic namque
Gotfridus cum esset ingenuus Filius scilicet So-
mitis Hersfeldensis in Curia Francofurtensi, ubi
Caesar eligi debuit, Seditioe commotà Lanegra-
vium de Turingia dicitur occidisse, et inde per Tu-
gam evadens ad Regem Stephanum pervenit
fugitivus, à quo etiam repetitur per suos Inimicos,
cumque Rex Stephanus Inimicis suis ipsum non
rederet, in Alamannia contra eum Broscii-
tionis Sententia promulgatur, et sic remanet
inventus in Hungaria, quem quidem postmodum
adversus Ducem de Borna cum Exercitu Rex
transmittit, quo devictò ad Regem reversus cum
Favore de cetero pertractatur. Mirum etiam
de Chastan cum Venceslao, et Jacobo Fratribus
suis, de Ducibus Moravia habentes Originem
Regni Hungariae novi sunt Incolae, Affinitate
Dela Regi Quarto conjunguntur. Intraverunt
quoque temporibus tam Ducis Geicha, quam a-
liorum Regum Doemi, Poloni, Graeci, Dessi,
Armeni,

Armeni, et ferè ex omni exera Natione, que sub
Cælo est, qui servientes Regibus, vel caeteris Regni
Dn̄is, ex ipsis Phenda acquirendo Nobilitatem pro-
cessu temporis sunt adepti, quorum Nomina com-
prehendere æstimari in presenti libro onerosa.
Sed quam quosdam monet quid sint, Udornici,
Castrenses, alii Conditionarii Libertini, et Man-
cipia, quibus ferè Hungaria est repleta, et un-
de esse habeant? presenti Opusculo apponere
dignum duxi. Factum est, quod cum Hunga-
ri possessã Panoniã Xanos, et Baganos more Gen-
tium quosdam Captivos occiderent resistentes
aliquos ex Captivis virtuosos ad Prælium dedu-
centes secum aliquam ipsius Portionem de Spo-
lis erogarent, quosdam verò diversis Servitiis
mancipando in Proprietatem circa sua Taberna-
cula solerent conservare, iidem Captivi ex Fructu
Animalium, et Præda sola habebant vitam suam
ut Romani. Max verò ut Fidem receperunt, et Pa-
tristimum Romana Ecclesia Christo cognitõ Du-
ci Geicha, et Scto Regi Stephano dedisse dicitur

Firmiter

47
firmiter in Mandatis, ut Scilicet non commit-
terent, Captivos Xanos deinceps relinquerent
pristinæ Libertati, cum Multis Nobiles inter Cap-
tivos habeant. Cuiãverò Regnum erat Amplis-
simum, et Gentibus vacuatum, nec etiã com-
munitas tota in hoc Apostolico Assensum tri-
buebat, dispensatum est postmodum per Ba-
gam in hunc Modum; quod Captivi Terras
colerent, et Terra Fructibus viverent, prout
alii Xani, ideoq; Captivi Terras non habentes
propriã Voluntate Censum dare susceperunt,
qualem Dni tribuerunt. Processu autem tem-
poris Fide roboratã potiores Regni vivere
volentes volentes otiosi, habentesq; Captivos
sine Numero, non dimiserunt eos abire li-
beros, ut volebat Apostolicus, sed Curia sua
famulantes ordinaverunt ex eisdem, quos Pa-
trio Nomine Udornicos vocaverunt. Hoc enim
Obsequium licet eõ tempore de suis Captivis plu-
res Regni Nobiles habuissent. Kalomanni die-
bus Filii Regis Geicha extitit reprobatum, vo-
luit

hinc tantummodo huiusmodi Servitia de Captivis
suis ipse solus obtinere, et Praelatos, quibus lar-
gitus erat de Captivis suis. Ene Communitas No-
bilitum Reprobationem huiusmodi gravē fer-
ret, Palatino Regni, qui pro Utilitate Nobilitum
praeferit, Rex suos Udrovnicos uti dedit, sed
quia Hungari novi Xani grave habebant Onus
Fidei, eo quod disvescere de Spoliis eos oportet,
bas, graves Labores, et Onera suis Captivis im-
ponebant, quod displicens Praelatis Apostolicis
super his sunt locuti: Audiens verò Apostolicus
Clamorem Praelatorum scrutatā Vitā laudabi-
li Scti Regis Stephani denunciis, qui aderant,
in talem Vocem fertur prorupisse. Ego inquit,
sum Apostolicus, ille autem verus Apostolicus,
unde et Ecclesias Regni sui epis committo Arbi-
trio ordinare, Captivos per eundem redemptos
ei tantummodo possidere, propter quod omnes
redemit, quos potuit ab Hungaris invenire,
praeter illos, quos Regni Nobiles Ecclesiis dimi-

serant

48
serant possidere, et quibus quidem ordinavit
servire suis Castris obsequio leviori. Sobagio-
nes verò Castri sunt Banjeres Nobiles, qui ad
Regem venientes, Terram eis tribuit de Castris
Terris, ut Penda Castris, et Castrum Guerra
tempore custodiret, alii verò Conditionarii ex
eisdem Captivis disponunt, quos tandem Ralo-
mannus Rex ad tantas Manerics variavit. Sta-
tutum etiam extitit per Sctum Regem Stephanum,
quod Conditionarius si se vellet redimere Cen-
tum Bizantiis, redimeret se et Domum, si ve-
rò esset sine Coniuge, et Familia parvam suā
XXIII. Bizam vel Servitio tantundem com-
pensante. Invisi enim Hungari Captivos suos
Regi redimere permiserunt, compulsi quide-
sunt per Sctum Regem Stephanum, ac Praela-
tos, et illis Captivis hic scribit, et tractant
solummodo, quia ex Gense Xana fuere Captiva-
ti, de illis autem, qui de populo erant Bar-
baro propria, nihil dicit, vult namq; Sedes
Apostolica, ut Pagani Xanis sint subiecti, unde
illi

illi Captivi Vheg nominantur, hos enim uni-
cuique Hungaro dimisit Ecclesia possidere,
et tenere.

M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA

49